

Heinrich Müller

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Müller/ Doctor ac Professor Theologus, ad div. Mariae Pastor Funus, Quod ... Infantulo ... Johanni Lindemanno, Parentes moestissimi hodie in Templo MAriano paraturi sunt indicit, & ad eundum Exequias Omnia Ordinum Cives Academicos sedulo serioq[ue] invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus d. 4. Decembr. An. M DC LXV**

Rostochi[i]: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770673139>

Druck Freier  Zugang



Müller, H.

in


J. Lindemann.

Rostock. (1665.)

135







# PROGRAMMA

108

Qvo  
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

# HENRICUS Müller



Pastor ac Professor Theologus, ad div.

Mariæ Pastor

Funus,

Qvod

Mellitissimo Infantulo, Filiolo suavissimo

# JOHANNI LINDEMANNO,

Parentes mœstissimi

hodiè in Templo Mariano paraturi sunt

indicir,

ad eundum Exequias

## Omnium Ordinum Cives Academicos

sedulō serioq; invitat


P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. 4. Decembr,

An. M DC LXV



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Academiae Typographi.



Enerrimè de Onesimo  
ad Philemonem Paulus v. 12.  
Εὐ οὐκέτι αὐτὸν, (τεπέτη ταῖς ιμάτοις στλάγχναι)  
πεσθεῖσας. Tu illum (id est, mea  
viscera) suscipe. Elegantissimè  
Syrus; Tu autem sicut natum  
meum ita eum excipe. Appositè  
certè ad illa Pauli v. 10. Obscurò  
te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo. Ob-  
serves nimirūm, abs Veteribus Parentum viscera ap-  
pellari filios; Artemidorus I. V. Oneirocritici: τὰ  
στλάγχνα τὴ παιδαὶ Σημίτερον. ἔτα δὲ τὴ παιδαὶ καλῶν εἴθεται εἰσιν.  
Et I. I. c. 46. οἱ παιδεῖς στλάγχνα λέγονται. Josephum suum,  
quem putarat immaniter à bestiis laceratum, dulcissi-  
mè plorat Jacob apud Philonem lib. I & inter multa sic  
ad rem nostram; Λιδάστας οὐ Καρνούρεις θεοί, ιωνία οὐ  
διόνιοι τίτανες: γενουμένοις καὶ εναθεῖσι τὴ εμῶν στλάγχνων. Feroci-  
bus οὐ carnivoris bestiis epulum factus es: quæ te, viscera  
mea, non solum degustarunt, sed absumperunt. Talis  
Darii ab Alexandro jam spoliati in suos affectus apud

Curtium

Curtium lib. 3. Matrem meam, duas filias, Ochum in  
spem hujus Imperii genitum, illos Principes, illam sobolem  
regia stirpis, duces vestros Regum instar, habet vinculos:  
nisi quod in vobis est, ego majore parte captivus sum.  
Eripite viscera mea ex vinculis, restituente mihi pignora, pro  
qvibus ipse mori non recuso. Hinc Svetonii illud de pro-  
digiis Augusti imperium nunciantibus c. 94. Eadem  
Accia, prius quam pareret, somniavit, intestina sua ferri  
ad sidera, explicariq; per omne terrarum, Cœli ambi-  
tum, conjectores de nascituri pueri potentia explicar-  
unt, nec imprudenter, cum filii viscera, l. intestina sint  
parentum. Laetantius sermonem faciens de iis qui filios  
exponunt, l. VI, n. 20 Non possunt, inquit, innocentes existi-  
mari, qui viscera sua in prædam canibus objiciunt, Cœli,  
quantum in ipso est, crudelius necant, quam si strangulas-  
sent. Apud Quintilianum declam. 18. uxor ad mari-  
tum loquens de communi pignore; Sangvinem, ait,  
qui de tua fluxit anima, viscera de tuis concepta vitalibus.  
Eodem tendit illud Ovid. lib. 8 Metam. qui, dum ma-  
ter fatale germen, cui vita filii inhæserat, combureret,  
subdit:

Rogus iste cremet mea viscera, dixit:  
Et lib. 6 de Tereo in scio membra filii devorante;  
Vescitur, inq; tuum, sua viscera, congerit aluum.  
Spectat huc quoq; illa Bernhardi evisceratio, de qua Epist. 108. ad finem, Ego, inquit, haud secus fero, fateor, aver-  
sionem tuam, quam eviscerationem meam, quoniam cha-  
rissimus,

rissimus factus mihi, & paterno te amplector affectus.  
Et quod Quintilianus habet declam. 338. Filium matri  
eripere conaris, & partem viscerum avellis. De hujus-  
modi eviceratione impræsens quod conqueratur non  
parum causæ haber Reverendus Dn. LINDEMANN-  
NUS, qui Viscera sua Patri sibi vix per octiduum visa  
matri terræ hodiè conspienda tradere jubetur. Ni-  
mirum hæc vitæ nostræ fragilis conditio. Decrescit  
illa dum crescit, & finitur dum augetur, ut, si bullæ  
vocites hominem, vix erres. Nam cum pluit, videbis  
subito bullas quasdam, seu ampullas aquæas insurgere,  
efferre sese & velut extollere caput suum, totus tamen  
ille rumor solidi nihil haber, solus sub illo tegmine fra-  
gili inanis latetaer: unde vix apparent istæ bullæ, cum  
subito iterum evanescent, insurgunt aliæ & illico rüm-  
puntur, ac per momenta aliæ aliis succedunt. Quid  
inter homines vides aliud quæ successivè hos nasci,  
interire illos, intumescere quosdam & inflatos repen-  
te evanescere? Sed ad BEATULUM nostrum. Na-  
tus est mellitissimus infans JOHANNES currentis  
anni d. II. Non secundam inter & tertiam matutinam.  
Patre Viro Adm. Reverendo & Præclarissimo Dn. JO-  
A GHIMO LINDEMANNO, Archidiacono Ma-  
riano bene merentissimo, Collega pl. æstimando,  
Matre EVA Goldsteins / sexus fœminei decore ex-  
imio. Avum paternum habuit Virum Nobiliss. &  
Consultissimum Dn. THOMAM LINDEMAN-  
NUM,

NUM, U. J. D. & Professorem de Academia hac eximie meritum. *Aviam paternam ELISABETAM Hanen / virtute qvondam & pietate præstantem Matronam.* *Avus ei maternus fuit Vir adm. Rev. & Præclarus Dn. JOHANNES Goldstein/ Ecclesiæ Nicolait. Pastor, dum viveret, & Ministerii Superintendens meritissimus;* *Avia materna D'OROTHEA Altvarten / fœmina honestissima, & nunc Viri Reverendi ac Clarissimi Dn. M. REMBERTI Sandhagen / Pastoris Nicolaitani vigilantissimi Conjux dilectissima.* Hisce ex majoribus ut vitam, ita & indolem traxisse præclaram oportuit, siqvidem ex iis conjecturam velimus facere. Ut enim bona semina in ortus ex crescunt suos, sic plerumque in liberis parentum virtutes conspicere licebit, uti non inconcinnè cœincerit Venusinus Vates;

*Fortes creantur fortibus & bonis,  
Est in juvencis; est in equis patrum  
Virtus. nec imbellem feroce  
Progenerant aquila columbam.*

Nec bellè minus Princeps Philosophus Aristoteles,  
*Εἰς τὸν θεόν εἴη τοῦτο σὺν βελτίων.* Meliores ex melioribus nasci probabile est. Et ingentem certè de NOSTRO, postqvam ex aqua & Spiritu renatus erat, spem conceperant tum Parentes optimi, tum boni omnes. Sed visum aliter, qui rerum omnium arbiter suminus est atque dispensator, Ihesus, cuius voluntate brevi ille longa

longa implevit tempora, evocatus die Nov. ultimo sub  
noctem ferè mediam ex caduca hac atq; miserâ in be-  
atam illam æternumq; duraturam vitam. Qvæmitùa tibi,  
*Vir Reverende*, per obitum hunc filii suavissimi sine  
concussa viscera, imò qvam evisceratus penitus sis &  
te destitutus ipso, qvis non penetreret nostrum, qui te-  
cum eadem experti sumus fata atque experimur  
indies? Qvin qvod abs lacrymis vix temperestib; hæc  
tua ad me haud obscurè innuunt, qvum, *Quasi solstiti-  
alis herba*, scribis *paulisper fuit Filiolus mens suavissimus*  
*JOHANNES*, *Exortus nuper II. d. Nov. lucis hujus usu-  
ram cepit, mox vehementi concussus affectu ultimo hujus*  
*mensis circa decimam sub noctem cecidit*, Sic compendio  
vitæ hujus fabulam peregit, nosq; in lacrymas abitu dedit  
suo. Dolor hæc expressit. Et qvis improberet? Animum  
recolliges tamen, cogitabisq; humanum omne pati-  
enter sufferendum, Deoq; ac naturæ consentiendum.  
Davidem imitaberis, qvi, ut Ambrosius loquitur, mori-  
turum filium flebat, mortuum non dolebat: flebat ne eripe-  
retur, sed flere desinebat ereptum, quem sciebat esse cum  
Christo. Et patientiæ illud incomparabile exemplar,  
Jobum, qvi evisceratus, *Dominus*, inquit, dedit, *Do-  
minus abstulit, sit nomen Domini benedictum!* Neqve  
enim qvod tuum abstulit Dominus, sed qvod erat su-  
um, nec abstulit qvod redditurus olim est in *¶¶¶¶¶*  
~~¶¶¶¶¶~~ die. Subjicies tibi proponesq; apud ani-  
mum ad Paulinam illud Hieronymi; *Faveamus Blesiliae*  
*nostre,*

noſtræ, quæ de tenebris migravit ad lucem, & inter fidei in-  
cipientis ardorem consummatio operis percepit coronam: Fa-  
ve & tu JOHANNI Tuo, qui procelloſum iter brevi  
emensus ſpatio jamtum in æterni orbis portu ſolvit, &  
in illam emigravit patriam, ubi nullis anxius curis, nul-  
lis ſauciis doloribus, DEUM ad voluntatem videt at-  
que voluptatem. Non eſt qvod cogites, qvanto diu-  
tiuſ habere potueris Tuum, ſed qvamdiu habueris.  
Commodavit eum DEUS, repetitus non tuam jux-  
ta ſatietalem, ſed voluntatem ſuam, qvam tibi pro ra-  
tione eſſe debere totiens agnoscis ipſe, qvotiens à Ser-  
vatore jussus oras; *Fiat Voluntas tua!* Nolim tamen  
credas qvod hic Stoicus procedens ſ. ſtupidus illas  
vetem pietatis lacrymas, qvas non tam furor infaniens,  
qvam dolens ſolet emittere desiderium. Tempero,  
non tollo, nec charitatis desiderium, ſed immodera-  
tionis excessum reprehendo. Maſſilienses olim uno  
die tantum exſeqvias ſuorum perſolvebant, qvos com-  
mendans Valerius Maximus lib. II. n. 6. hæc ſubjugit:  
*Etenim, qui a attinet, aut humano dolori indulgeri, aut*  
*divino Numini invidiam fieri, qvod divinitatem ſuam no-*  
*biscum partiri noluerit?* Dabant ergo unius diei sobrias  
naturæ lacrymas, & abſtinebant, ne furor ebrius Nu-  
mini invidiam facere putaretur, qvod hominem ab im-  
mortalis divinitatis conſortio removeret. At qvantò  
nos pacatius naturali dolori indulgere debemus, qvan-  
tò ſerenius, qvibus per mortem immortale divinitatis  
confor-

consortium aperitur? Prudentissimè Tertullianus lib.  
de Patient. c. 8. Cur doleas, si perisse non credas? cur im-  
patienter feras subductum interim, quem creditis reversu-  
rum? profectio est, quam putas mortem: non est lugendus  
qui antecedit. sed planè desiderandus: id quoque desiderium  
patientia temperandum. Cur immoderatè feras abesse, quem  
mox ubi queris? Cæterum impatientia in hujusmodi spei  
nostræ malè ominatur, fidem prævaricatur, Christum  
ladimus, cum evocatos quosque ab illo, quasi miseran-  
dos, non æquanimiter accipimus. Cupio, inquit Apostolus,  
recipi jam esse cum Christo Phil. I. quanto melius ostendit  
votum Christianorum? Ergò votum si alios consecutos  
impatienter dolemus, ipsi consequi nolumus. Sed quid so-  
li facula? Tute, quæ doces alios, Vir pretiosissime, ad  
animum ipse admitte tuum. Sic fieri, uti tuapte spon-  
te sistas lacrymas, luctuq; intra terminos coercito fili-  
oli proleqvaris funus. Vos, CIVES, freqventes  
(si forte lenire Parentibus ea etiam res dolorem pos-  
sit,) tenerrimo funeri exseqvias ite, interq; eundum  
meditamini illud Mon. Clun.

*Horæ novissima, tempora pessima sunt: VIGILEMUS.  
Ecce minaciter imminet arbiter ille supremus.*


Convenietur in æde Marianâ  
post horam Imam.,











[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770673139/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770673139/phys_0016)




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

NUM, U. J. D. & Professorem de Academiè meritum. *Aviam paternam EL Hanen* / virtute qvondam & pietate prætronam. *Arus ei maternus* fuit Vir Præclarus Dn. JOHANNES Goldstet colait Pastor, dum viveret, & Minister dens meritissimus; *Avia materna D Alwarten* / fœmina honestissima, & ni rendi ac Clarissimi Dn. M. REMBEE gen / Pastoris Nicolaitani vigilantissim etissima. Hisce ex majoribus ut vitam traxisse præclaram oportuit, siqvideturam velimus facere. Ut enim bonus ex crescunt suos, sic plerumque in tum virtutes conspicere licebit, ut non cinerit Venusinus Vates;

*Fortes creantur fortibus & boni  
Est in juvencis; est in equis patrum  
Virtus. nec imbellem feroce*

*Progenerant aquilæ columbam.*

Nec bellè minus Princeps Philosophi  
Eikèv βελτίνες ἄναγ σὺν εἰ βελτίνω. Meliore  
nasci probabile est. Et ingentem certe o  
postqvam ex aqua & Spiritu renatus er  
ceperant tum Parentes optumi, tum bo  
visum aliter, qui rerum omnium arbit  
atqve dispensator, Jhovæ, cuius volun



the scale towards document

093

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Patch Reference numbers on left Serial No.